



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117786

§. 7. S. Chrysostomi initia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66032)

Postquam Episcopus Flavianus discessisset, & trajecisset fretum, Theodosius misit, qui explorarent, an festinaret itinerans; nam haud gratum fecisset Cæsari, si in via moratus alicubi Pascha celebrasset. Nullibi Flavianus hæsit, nec tamen primus faustissimum nuntium afferre ambivit, sed cursores præmisit, qui litteras Imperatoris Senatui traderent. Rem optatissimam comperiens populus Antiochenus, forum sertis floridis ornavit, faces accendit, diemque, tanquam urbi natalem, festum egit. Flavianus reversus ingenti gaudio sororem suam, quam in extremo vitæ periculo reliquerat, vivam invenit, & in medio gregis sui Pascha celebravit. Coëterum felicissimum rei periculosaë successum nullatenus sibi tribuebat, & interrogantibus, quomodo iratum Cæsaris animum delinivisset? Dicebat: *Nibil mea opera factum, Dei solius opus est, qui Principis mentem mutavit; antequam loqui inciperem, ultro placatus, de iis, quæ Antiochiæ facta essent, locutus est animo tam sedato, ac si non de propria, sed aliena injuria ageretur.* Talis fuit Seditionis Antiochenæ eventus.

Sæculum IV.
A. C. 387.

Chryf hom.
30. p. 234.

Ibid. p. 225.

p. 226.

§. VII.

S. Chrysofomi initia.

Sanctus Chrysofomus populi in cala-
mitate

Pallad.
Dial. pag. 40

Sæculum IV. mitate consolator, tunc annum ætatis
A. C. 387. agebat circiter quadragesimum, natus

Socr. VII. 3.

Soz. VIII. 2.

*Chryf. Sa-
cerd. 6. 2.*

circa annum 347. Antiochiæ familia nobili, ex qua aliqui Duces in cohorte Magistri Militiæ in Oriente maxima cum laude meruerant. Parentes ejus erant Christiani, Patris nomen Secundus, Matris vero Anthusa. Duos susceperunt liberos, filiam, & hunc filium, qui speciem Patris defuncti, ubi grandiusculus evasit, simillimo vultu referebat; quippe facies haud vulgaris pueri excelsam, & generosam indolem prodebat. Paulo post Joannis nativitatem obiit Pater, cum non diutius annis duobus cum conjuge vixisset, quam relinquebat viduam, viginti annos natam. Hæc reliquum vitæ tempus in continentia perseveravit. Joannes, ingenio natus excellenti, se litterarum studiis dedit, Sophistæ Libanii, & Philosophi Andragatii Discipulus. Aliquoties in judicio clientum causam egit, & aliquas orationes elocutus est, quarum vim, & ornatum ipse Libanius mirabatur; atque hic Sophista moriens, dixit; se Joannem Successorem suum nominaturum fuisse, nisi eum Christiani sibi eripuissent. Cum annum ageret decimum octavum, oratorum jactantiam, & tribunalium injustitiam fastidens, ad sacras litteras conversus est. S. Meletius, qui tunc Ecclesiæ Antiochenæ præerat,

*Ap. Isid. Pe-
tr. 2. Epist.*

erat, optimam indolem hujus juvenis Sæculum IV. A. C. 387.
 suspiciens, eum in suam familiam adle-
 git, tum, tribus annis instructum, bapti-
 zavavit, & Lectorem ordinavit. Joannes Socr. VI. c. 3
 Theodorum, & Maximum, suos olim sub
 Libanio Magistro condiscipulos, ad solitu-
 dinis amorem pertraxit. Theodorus ex-
 inde Episcopus Mopsuestenus in Cilicia,
 & Maximus Seleuciæ in Isauria fuit. Hi
 tres sub Magistris Cartero, & Diodoro,
 post hæc Episcopo Tharsensi, vitæ asceti-
 cæ Disciplinam didicere.

Joanni amicorum omnium intimus De Sacerd. c. 1.
 erat alius, nomine Basilius; ambo colla-
 tis consiliis deliberarunt, quod potissi-
 mum vitæ genus amplecterentur; &
 præplacuit vita solitaria. Basilius, nul-
 latenus hæsitans, id propositum cœpit;
 at Joannem, ne liberrime mundo vale-
 diceret, retinebant preces, & lacrymæ
 parentis, quæ in viduitatis solatium, &
 maternæ sollicitudinis in educanda prole
 nullam aliam postulabat mercedem, quam
 ne Matrem destitueret, qua elata, libe-
 rum ei futurum esset, quodcunque vel-
 let, vitæ genus sequi. Basilius Joannem
 exhortabatur, ut supra humanos affectus
 mentem attolleret; cum ortus est ru-
 mor, ambos brevi Episcopos ordinandos.
 Joannes non parum mirabatur, non fa-
 tis capiens, cur sibi hæc Dignitas desti-
 naretur, timuitque, ne vi illata ordina-
 retur,

Sæculum IV. retur, cuius rei non rara illa ætate erant
 A.C. 387. exempla. Basilius secreto ad eum ve-
 niens, rem novam se docturum putabat;
 S. Joannes. tum rogavit, ut hoc in negotio, sicut al-
 ias semper, ambo consilia communica-
 rent. *Et ego quidem, aiebat: quodcum-
 que tu statueris, statuam, sive Episcopatu-
 tum fugere, sive acceptare placuerit.* Ma-
 le se meriturum de Ecclesia intellexit
 Joannes, si eam Ministerio hominis, juve-
 nis quidem, sed ad regendas animas ma-
 xime idonei, privaret; ergo optimum
 factu credidit, primo congressu dissimu-
 lare, dixitque, nihil esse causæ, cur in re
 tanta præcipitanter statuerent, sibi vi-
 deri, hanc deliberationem in aliud tem-
 pus differendam. Interim Joannes, ne-
 mine conscio, secessit. Brevi post tem-
 pore advenit, qui ambos erat ordinatu-
 rus; Basilius, quid ageretur, nescius, ob-
 tentu alio deduci se passus est, & deinde
 ordinari, ratus, idem & Joannem factu-
 rum. Fallebant etiam simplicem dicen-
 tes, illum, qui omnium maxime indoci-
 lis, & inflexibilis fuisset, Episcoporum
 iudicio victas manus dedisse. Ubi vero
 c. 3. Basilius rescivit, Joannem, ut ordinatio-
 nem effugeret, se occuluisse, ad eum se
 conferens, amarus questus movit, quod
 se per fraudem ad admittendam ordina-
 tionem induxisset. Facti sui causas red-
 didit Joannes, & hoc colloquium mate-
 ria

ria fuit librorum, quos deinde scripsit de Sæculo IV. Sacerdotio. (*) Quis hic Basilius, S. A. C. 387. Joannis Chrysofomi amicus, fuerit, con-
v. Hermant. lib. I. c. 12.
 jici nequit, nisi forte Maximus Episcopus Seleu-

Iii 4

Seleu-

(*) Interpres Protestans hic adjunxit Animadversionem, in qua exponit Materiam Librorum S. Chrysofomi de Sacerdotio. An non incidit homini, nullum jam in Ecclesia sua esse posse Sacerdotium, cum deficiat Ordinatio, & Missio, quæ non nisi per continuam Episcoporum seriem demonstratur? Quis enim Ministrorum, si ab Hominibus extra Communionem Catholicæ Ecclesiæ viventibus, nempe a Laicis, vocatus, & ordinatus fuerit, probare possit, se a Successoribus Apostolorum esse missum? Nihil etiam magis, quam hæc objectio Lutherum cruciabat. Interpres noster Catholicis ingerit, quod novo errore, & scandalo, Calicem Domini in Evcharistiæ distributione Fidelibus subtraxerint; sed frustra, nam usus iste, ut sæpius in Historiæ Ecclesiasticæ Versione notavimus, quando id adjuncta locorum, aut temporis postulabant, antiquissimus est. Nullum etiam scandali periculum; quia totus Christus æque sub una, ac sub utraque specie, accipitur. At Lutherus, & cæteri Novatores, dum a vera Ecclesia recesserunt, sublata Ordinatione, & Missione, etiam extinxerunt Sacerdotium; ubi vero nullum Sacerdotium, nulla quoque est Hostia, sed loco Corporis, & Sanguinis Christi, panis communis, & vinum vulgare A catholicis infinito Animarum damno porrigitur.

Sæculum IV. Seleuciensis in Isauria, cui deinde, duo
 A. C. 387. nomina fuisse, dicendum erit.

Pall. Dial.
 p. 41.

Interea S. Joannes, postquam Lector
 fuisset ordinatus, conscientia sibi duxit
 diutius in civitate degere, quod labores,
 quibus inter hominum frequentiam oc-
 cuparetur, non esse ejusmodi crederet,
 qui domando juventutis ardori suffice-
 rent; hinc in vicinos Antiochiæ montes
 secessit, ubi senem invenit ex Syria, sen-
 suum mortificationis studiosissimum;
 hunc vitæ rigorem imitatus, sub ejusdem
 Senis disciplina annis quatuor vixit;
 tum solus in cavernam se abstruxit, ut
 omnibus esset ignotus. Ibi duobus an-
 nis moratus, vix somnum capiebat, nun-
 quam die, nocteve toto corpore decum-
 bens, ita ut certæ corporis partes frige-
 re fuerint emortuæ. Studium erat læ-
 cræ Scripturæ lectio, & aliqui pii, quos
 composuit, libri.

§. VIII.

Vitæ Monasticæ Apologia.

To. 4. In illo secessu S. Chrysoftomus libros
 tres in defensionem vitæ Monasticæ
 scripsit. Nam multi hujus vitæ rigorem
 esse immodicum judicabant, & Monacho-
 rum propagationem vi, minisque probi-
 bere nitebantur. Non Gentilium tan-
 tum, sed & quorundam Christianorum
 hæc erat opinio, quorum unus plus cæ-
 teris